math & arfath. **S**bi est d̄s sefar  
naiim. **N**umq<sup>3</sup> liberauerunt  
samaria de manu mea. **Q**uis ē  
ex om̄ib<sup>9</sup> dñis trax istaz q̄ erue  
rit tram suā de manu mea. ut  
eruat dñs ierlm̄ de manu mea.  
**N** siluerit. & n̄ responderit ei ubū.

Mandauerat enim eis rex dicens: ne respondeatis eis. Et ingressus est heliachum filius helchie q̄ erat sup̄ domū & sobna scriba et iohē fili' alaph acōmentarius ad ezechiam scissis uestib' & nuntiauerūt ei uerba rāplacis. **XXXV**

**E**t factū ē cū audisset rex ezechias scidit uestimēta sua & obuioluit est sacco & sedit in cinere. Et intravit in templū dñi & misit heliachum q̄ erat super domū & sobnā sc̄bam & seniores de sacerdotib' optos sacco ad ysaiam filiū amos p̄phe & dixerūt ad eū. **Hec dicit ezechias. Dies tribulationis & correctionis & blasphemie dies hec: quia uenerūt filiū usq; ad partum & uirtus n̄ est parienti: si quomodo audiat dñs d̄s tuus uerba rāplacis. quē misit rex assyrioz dñs suus ad blasphemandū dñi uiuentē: & expbrandū sermonib' quos audivit dñs d̄s tuus. Leua ḡ orationē p̄ reliquiis que reperte sūt. Et uenerunt serui regis ezechie ad ysaiam & dixit ad eos ysaias. **Hec dicetis dño ur̄o. Hec dicit dñs. Ne timeas a facie uerborū q̄ audisti: q̄b' blasphemaerunt pueri regis assyrioz me.****

**E**cce ego dabo ei spm & audiet nūtiū & reuertet̄ ad terram suā: & corruere eū faciam gladio in t̄ra sua. Reuersus est autē rāplaces & inuenit regem assyrioz p̄lantem ad uersum lobna. Audierat enī quia p̄fectus esset de lachis. Et audivit de tharaca rege ethyopie dicentes: egressus est ut pugnet contra te. **Q**d cū audisset: misit nuntios ad ezechiam dicens. **Hec dicetis ezechie regi iude loquentes. Non te decipiat d̄s tuus in quo tu confidis dicens: n̄ dabit̄ ierlm̄ in manu regis assyrioz. Ecce tu audisti omnia que fecerunt reges assyrioz omnib' terris quas subuerterunt: & tu poteris liberari. Nunq̄ eruent eos dñi gentiū quos subuerterunt patres mei goran & aran & resek & filios eden qui erant in thalalar. Sibi est rex emath & rex arfath & rex urbis sepharuam ana & auā. Et tulit libros ezechias de manu nuntioz & legit eos: & ascendit in domū dñi & expandit eos ezechias corā dño. Et orauit ezechias ad dominū dicens. **Dñe exercitū deus isrl̄ qui sedes sup̄ cherubin: tu es d̄s solus omnium regnoz t̄re: tu fecisti celū & t̄ram. Inclina dñe aurē tuā & audi: ap̄ dñe ocl̄os****



tuos & uide . & audi omnia uerba  
 sennacherib que misit ad blasphemandum  
 dñm uiuentē . Vere enī  
 dñe desertas fecerunt reges assyri-  
 orū terras & regiones earū : & dede-  
 runt deos earū igni : n̄ enī erant dñi  
 s̄ opa manūū hominū lignū &  
 lapis : & cōmūerunt eos . Et n̄c  
 dñe d̄s nost̄ salua nos de manu ei :  
 ut cognoscant omnia regna t̄re q̄a  
 tu es dñs solus . Et misit ysaias fili-  
 amos ad ezechiam dicens . Hec dicit  
 dñs d̄s isrl̄ . **P** quib' rogasti me de  
 sennacherib rege assyriorū : hoc est  
 uerbū qd̄ locutus est dñs sup̄ eum .  
**D**espexit te & sublaunauit te uirgo  
 filia syon : post te mouebit caput  
 filia ierlm̄ . **C**ui exprobrasti & quē  
 blasphemasti . & sup̄ quē exaltasti  
 uocē : & leuasti altitudinē ocloꝝ  
 tuorū . **A**d sanctum isrl̄ . **I**n ma-  
 nu seruoꝝ tuorū exprobrasti dño et  
 dixisti . **I**n multitudine quadri-  
 garū mearū ego altitudinē mon-  
 tū uirga libani : & succidā excel-  
 sa cedroꝝ ei . & electas abietes ei :  
 & intrabo altitudinē summmitatis  
 illi . **S**altū carmeli ei . **E**go fodi  
 & bibi aquā : & exsiccaui uesti-  
 gio pedis mei om̄s riuos aggerū .  
**N**unquid n̄ audisti q̄ olim fe-  
 cerim : **E**x dieb' antiquis ego plas-

abscondā

maui illud & nunc adduxi : et  
 factum est in eradicationē colli-  
 um compugnantiū . & ciuitatū  
 munitarū . **H**abitatores earū bre-  
 uia manu contremuerunt  
 & confusi sunt : facti sunt sic fe-  
 nū agri & grāmen pascue : & h̄  
 ba tectorū que exaruit antequā  
 maturēsteret . **H**abitationē tuā  
 & egressum tuū & introitū tuū  
 ego cognoui : & in sanā tuā cō-  
 tra me . **C**um fuēres aduersum  
 me : sup̄bia tua ascendit in au-  
 res meas . **P**onam ḡ circulū in  
 narib' tuis & frenū in labiis tu-  
 is : & reducam te in uia p̄ quā  
 uenisti . **T**ibi autē hoc erit signū .  
**C**omede hoc anno que sponte nas-  
 cunt' & in anno secūdo pomis uel  
 cere : in anno autē tercio semi-  
 nate & metite : plantate uine-  
 as & comedite fructū earū : & e-  
 mittet id qd̄ saluatū fuit de do-  
 mo iuda & qd̄ reliquū est . radice  
 deorsum & faciet fructum suū  
 sum . quia de ierlm̄ exhibunt re-  
 liquie & saluatio de monte syon .  
**Z**elus dñi exercitūū faciet istud .  
**P**ropterea hec dicit dñs de rege  
 assyriorū . **N**on introibit ciui-  
 tate hanc & n̄ iacet ibi sagittā :  
 & n̄ occupabit eā clipeus : & n̄

**IAS.**

mittet in circuitu ei' aggerem.  
**I**n uia qua uenit p' eam reuertet.  
 & ciuitatem hanc n̄ ingrediet' di-  
 cit dñs : & p'egam ciuitate istam  
 ut saluem eā p'p' me & p'p' dauid  
 seruu' meū . Egressus est aut' angls  
 dñi & percussit in castris assyrioz  
 centū octoginta quinque milia .  
 Surrexerunt mane : & ecce omnia  
 cadauera mortuoz . Et egressus  
 est & abiit . Reuersus est senna-  
 cherib rex assyrioz : & habitauit  
 in ninuiē . Et factum est cū ado-  
 raret in templo uefrach dñi suū .  
 adramelech & sarasar filii ei' percuss-  
 erunt eū gladio : fugeruntq' in t-  
 ram ararat . & regnauit asaradon  
 filius eius p' eo . **XXXVIII.**

**I**n dieb' illis egrotauit ezechias  
 usq' ad mortē : & introiit ad  
 eū ysaias filius amos p'phe : & dixit  
 ei . **Hec dicit dñs .** Dispone do-  
 mu tuē : quia morieris tu & n̄  
 uiues . Et conuertit ezechias fa-  
 ciem suā ad parietē : & orauit ad  
 dñm & dixit . **Obsecro dñe meūto**  
**quelo quomodo ambulauerim**  
**corā te in ueritate & in corde p'fec-**  
**to : & qd' bonū est in oculis tuis fe-**  
**cerim .** Et fleuit ezechias fletu  
 magno . **Factū est uerbū dñi**  
 ad ysaiam dicens . **Vade & dic e-**

zechie . **Hec dicit dñs d's dauid pa-**  
**tris tui .** Audiu orationē tuam :  
 & uidi lacrimā tuā . **Ece ego adi-**  
**ciam sup dies tuos quindecim an-**  
**nos : & de manu regis assyrioz e-**  
**ruam te & ciuitatem istam : & p-**  
**tegam eā .** **Hoc aut' t' erit signū**  
**a dño : quia faciet dñs uerbū hoc**  
**qd' locutus est .** **Ece ego reuertā fa-**  
**ciam umbrā lineaz p' quas de-**  
**scenderat in horologio achaz in**  
**sole retrosum decem lineis .** **Et**  
**reuersus est sol decem lineis p' gra-**  
**dus quos descenderat .** **Scriptu-**  
**ra regis ezechie cū egrotasset**  
**quando conuulsisset de infir-**  
**mitate sua .** **Ego dixi in dimidio**  
**dierum meoz uadam ad portas**  
**inferi : quesiu' residuu' annoz**  
**meoz .** **Dixi .** **Non uidebo dñm**  
**dñm in terra uiuentiu' : n̄ aspiciā**  
**hominē ultra & habitatozē q'etis .**  
**Generatio mea ablata est amē &**  
**conuoluta est : quasi tabernaculū**  
**pastoz .** **Precisa est uelut a texen-**  
**te uita mea : dum adhuc ordiret**  
**succidit me .** **De mane usq' ad uel-**  
**peram finies me .** **Sperabam usq'**  
**ad mane : quasi leo sic contriuit**  
**omnia ossa mea .** **De mane usq'**  
**ad uesperam finies me sic pullus**  
**hirundinis sic clamabo medita-**

bor ut columba. Attenuati sunt  
 ocli mei suspicientes in excelso. Dñe  
 uum pacior responde p me. Quid  
 dicam aut quid respondebit in cum  
 ipse fecerim. Recogitabo omnes annos  
 meos in amaritudine anime mee. Do  
 mine sic uiuere. & in talib' uita spe  
 mei. Corripies me & uiuificabis me  
 ecce in pace amaritudo mea amaril  
 sima. Tu autem eruisti animā me  
 am ut n̄ p̄iret. ꝑ̄icisti post tergū  
 tuū omnia peccata mea. quia n̄  
 infernus confitebit t̄ neq; mors  
 laudabit te. n̄ expectabunt q̄ de  
 scendunt in lacū ueritatē tuā. Vi  
 uens uiuens ipse confitebit t̄. sic  
 & ego hodie. pater filius notā faci  
 et ueritatē tuā. Dñe saluū me fac.  
 & psalmos n̄ros cantabim' cunctis  
 dieb' uite n̄re in domo dñi. Et uis  
 sit ysaias ut tollerent massam de  
 ficis & cataplasma rent sup uuln'  
 & sanaret. Et dixit ezechias. Q̄  
 erit signū. quia ascendam in do  
 mum domini. **XXXIX.**

**I**n tempe illo misit marodach bala  
 dan filius baladan rex babylonis  
 libros & munera ad ezechiam.  
 Audierat enī qd̄ egrotasset & con  
 ualuisse. Letatus est aut sup  
 eis ezechias. & ostendit eis cellam  
 aromatiū & argenti & auri & odo

ramentoz & ungenti optimi. &  
 om̄s apothecas suppellectilis sue.  
 & uniuersa que inuenta sunt in  
 thesauris ei. Nō fuit uerbū qd̄  
 n̄ ostenderet eis ezechias in domo  
 sua. & in omni potestate sua.  
 Introiuit aut ysaias ꝑ̄pha ad regē  
 ezechiam. & dixit ei. Quid dixe  
 runt uiri isti. & unde uenerunt  
 ad te. Et dixit ezechias. De trā  
 longinqua uenerunt ad me. de  
 babylone. Et dixit ysaias. Quid  
 uiderunt in domo tua. Dixit  
 ezechias. Omnia que in domo me  
 a sunt uiderūt. n̄ fuit res q̄ n̄ ostē  
 derem eis. in thesauris meis. Et  
 dixit ysaias ad ezechiam. Audi u  
 bum dñi exercitū. Ecce dies ue  
 nient. & auferent om̄ia que in  
 domo tua sūt. & que thesaurizauē  
 runt patres tui usq; ad diē hanc  
 in babylonem. Nō relinquet qd̄  
 quam dicē dñs. De filiis tuis qui  
 eribunt de te quos genueris tollēt.  
 & erunt eunuchi in palatio regis  
 babylonis. Et dixit ezechias ad  
 ysaiam. Bonū uerbū dñi qd̄ locu  
 tus ē. Et dixit. Fiat tantū pax  
 & ueritas in diebus meis. **XL.**

**C**onsolamini consolamini po  
 pule meus. dicit d̄s uester.  
 Loquimini ad cor ierlm̄ & aduo

**IAS.**

cate eam : quonia completa est malicia eius : dimissa est iniquitas illius. **S**uscepit de manu dñi duplicia p omib peccatis suis. **V**ox clamantis in deserto. **P**arate uia dño : rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i. **O**mnis uallis exaltabit : & omnis mons & collis humiliabit : & erunt praua in directa : & aspa in uias planas. **R**euclabit gl̄a dñi : & uidebit omnis caro pariter qd os dñi locutum est. **V**ox dicentis. **C**lama. **D**ixi. **Q**uid clamabo : **O**mnis caro fenū : & omnis gl̄a ei quasi flos agri. **E**xsiccatum est fenū & cecidit flos : q̄a sp̄s dei sufflauit in eū. **V**ere fenū est ip̄s. **E**xsiccatum est fenū & cecidit flos : uerbum aut̄ dñi manet in eternum. **S**up montē excellentium ascende tu q̄ euangelizas syon : exalta in fortitudine uocem tuā qui euangelizas ierlm̄. **E**xalta : noli timere. **D**ic ciuitatibz iuda. **E**cce d̄s uest̄. **E**cce dñs d̄s in fortitudine ueniet : & brachiū ei dñabit. **E**cce merces ei cū eo : & op̄ illi coram eo. **S**ic pastor gregē suū pascet. **I**n brachio suo congregabit agnos : & in sinu suo leuabit. **F**etas ip̄e portabit. **Q**uis mensus est pugillo aq̄s :

& celos palmo ponderauit. **Q**uis appendit tribus digitis molē terre : & libauit in pondere montes & colles in statera. **Q**uis adiunxit sp̄m dñi : aut quis consiliarius ei fuit & ostendit illi. **C**um quo inuit consiliū & instruxit eum : et docuit eū semitā iusticie : & erudit eū scientia. & uia prudentie ostendit illi. **E**cce gentes quasi stilla siccule : & quasi momentū staterē reputate sunt. **E**cce insule quasi puluis exiguus : & hybanus n̄ sufficet ad succendendum : & animalia ei n̄ sufficient ad holocaustum. **O**m̄s gentes quasi n̄ sunt sic fime coram eo : & quasi nichilū & inane reputate sunt ei. **C**ui ḡ simile fecisti dñm : aut quā imaginē ponetis ei. **N**umquid sculptile conflauit faber : aut artifex auro figurauit illud : & laminis argenteis argentarius. **F**orte lignū & imputribile elegit artifex sapiens : querit quomodo statuatur simulacrum qd n̄ moueat. **N**umquid n̄ scietis. **N**umq̄ n̄ audietis. **N**umq̄ n̄ annuntiatū est ab initio uobis. **N**umq̄ n̄ intellexistis fundamenta t̄re. **Q**ui sedet sup gurum t̄re. & habitatores ei quasi locuste : qui extendit ue-

luit nichilum celos . et expandit  
 eos sic tabernaculum ad habitan-  
 dum . qui dat secretorum scrutatores  
 quasi non sint . iudices terre uelut  
 inanes fecit . et quidem neque plan-  
 tatos neque satos neque radicatos in  
 terra truncos eorum . Repente stant  
 in eos et aruerunt . et turbo quasi  
 stipulam auferet eos . Et cui assi-  
 milastis me et adequalistis . Dicit  
 sanctus . Leuate in excelsum o-  
 culos uos et uidete . Quis cre-  
 auit hec . Quis educit in numero  
 milicia eorum . et omnes ex nomine  
 uocat . Pre multitudine fortitu-  
 dinis et roboris uirtutisque eius neque  
 unum reliquum fuit . Quare dicit  
 iacob et loqueris israhel . abscondita  
 est uia mea a domino . et a deo meo  
 iudicium meum transiit . Num-  
 quid nescitis aut non audisti . Deus  
 sempiternus dominus qui creauit termi-  
 nos terre . non deficient neque labora-  
 uit nec est inuestigatio sapientie  
 eius . qui dat lassio uirtute . et his  
 qui non sunt fortitudine et robore mul-  
 tiplicat . deficient pueri et labora-  
 bunt . et iuuenes in infirmitate  
 cadent . qui autem sperant in  
 domino mutabunt fortitudinem . as-  
 sument pennas sicut acule . currunt  
 et non laborabunt . ambulabunt

et non deficient . **XLI.**  
**G**aceant ad me insule . et gen-  
 tes mutant fortitudinem .  
 Accedant . et tunc loquantur . Si-  
 mul ad iudicium propinquemus . Quis  
 suscitauit ab oriente insulam . uocauit  
 eum ut sequeretur se . Dabit in conspec-  
 tu eius gentes . et reges obtinebit . Da-  
 bit quasi puluerem gladio eius . sicut  
 stipulam uento raptam arcui eius .  
 Persequetur eos . transibit in pace . se-  
 mita in pedibus eius non apparebit . Quis  
 hec operatus est et fecit . uocans ge-  
 nerationes ab exordio . Ego dominus . pri-  
 mus et nouissimus ego sum . Uide-  
 runt insule et timuerunt . extre-  
 ma terre obstupuerunt . Appropin-  
 quauerunt et accesserunt . In quibus  
 primo suo auxiliabitur . et fratrem suum  
 dicet confortare . Confortauit faber  
 caruus percutiens malleo eum qui cude-  
 bat tunc temporis . dicens glutino  
 bonum est . et confortauit eum clavis  
 ut non moueat . Et tu israhel serue me  
 us iacob quem elegi . semen abraham  
 amici mei . in quo apprehendi te  
 ab extremis terre . et a longinquis  
 eius uocaui te . et dixi tibi . Seruus  
 meus es tu . Elegi te et non abiecti te .  
 Ne timeas quia tecum sum ego . ne  
 declines quia ego deus tuus . Con-  
 fortauit te et auxiliatus sum tui . et

**IAS.**

suscepit te dextera iusti mei. **E**cce  
 confundent & erubescunt omnes qui  
 pugnant aduersum te. erunt qui  
 si non sunt & pibunt uiri qui contra  
 dicunt tibi. **Q**ueres eos: & non inue  
 nies. **V**iri rebelles tui erunt qui  
 si non sunt. & ueluti consumpti ho  
 mines bellantes aduersum te. quia  
 ego deus tuus apprehendens manu  
 tua. **D**icensque tibi. **N**e timeas: e  
 go adiuui te. **N**oli timere uer  
 mis iacob: quia mortui estis ex israhel.  
**E**go auxiliatus sum tui dicit deus:  
 & redemptor tuus sanctus israhel.  
**E**go posui te quasi plaustrum tri  
 turans nouum: habens rostra ser  
 rantia. **T**riturabis montes & co  
 minues: & quasi puluerem pones  
 colles. **V**entilabis eos & uentus tol  
 let: & turbo disperget eos. **E**t tu  
 exultabis in domino: in sancto israhel leta  
 beris. **E**gredi & paupes querunt a  
 quas & non sunt: lingua eorum sicc  
 arunt. **E**go deus exaudiam eos:  
 deus israhel non derelinquet eos. **A**piam  
 in superinis collibus flumina: & in  
 medio camporum fontes. **P**onam de  
 lectum in stagnum aquarum: & triam  
 inuam in riuos aquarum. **D**abo  
 in solitudine cedrum & spinam:  
 & myrtum & lignum oliuae. **P**onam  
 in deserto abietem & ulmum &

bryum simul: ut uideant & sci  
 ant & recogitent & intelligant pa  
 riter quia manus domini fecit hoc. &  
 sanctus israhel creauit illud. **P**rope  
 facite iudicium uestrum dicit dominus: affer  
 te si quid forte habetis dixit rex  
 iacob. **A**ccedant & nuntient uob  
 quaecumque uentura sunt: priora  
 que fuerint nuntiate: & ponem  
 cor uestrum & sciemus nouissima eorum:  
 & que uentura sunt iudicate uo  
 bis. **A**nnuntiate que uentura  
 sunt in futurum: & sciemus quia  
 dum estis uos. **B**ene quod aut male si  
 potestis facite. **L**oquamur & ui  
 deamur simul. **E**cce uos estis ex nichy  
 lo: & opus uestrum ex eo quod non est. **A**bho  
 minatio est qui elegit uos. **S**uscita  
 ui ab aquilone: & ueniet ab ortu  
 solis. **V**ocabit nomen meum: et  
 adducet magistratum quasi lutum:  
 & uelut plastes concilians humum.  
**Q**uis annuntiauit ab exordio ut  
 sciamus: & a principio ut dicamus  
 iustus est. **N**on est neque annunti  
 ans neque predicans neque audiens  
 sermones uestris. **P**rimus ad syon  
 dicit ecce assum: & ierusalem euertam  
 dabo. **N**on uidi & non erant neque ex illis  
 quisque qui iniret consilium: & in  
 terrogatus responderet uerbum. **E**c  
 ce omnes iniusti & uana opera eorum:

uentus & mane simulachra eorum.  
**E**cce seruus meus **XLII.**  
 suscipiam eum: electus meus  
 complacuit sibi in illo anima  
 mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium  
 gentibus proferet. Non clamabit  
 neque accipiet personam: neque  
 audiet foris uox eius. Calamum  
 quasi flatum non conteret: & linum  
 fumigans non extinguet. In ueritate  
 educet iudicium. Non erit tristis  
 neque turbulentus donec ponat  
 in terra iudicium: & legem eius insule  
 expectabunt. **H**ec dicit dominus  
 deus creans celos & extendens eos:  
 firmans terram & quae germinant ex  
 ea: datus flatum populo qui est super eam.  
 & spiritum calcantibus eam. Ego dominus uocaui  
 te in iusticia & apprehendi  
 manum tuam: seruauit te & dedi  
 te in fedus populi in luce gentium:  
 ut aperires oculos cecorum & educeres  
 de conuisione unctos. De domo  
 carceris sedentes in tenebris. Ego  
 dominus: hoc est nomen meum. Gloriam  
 meam alteri non dabo: & laudem meam  
 sculptilibus. **Q**uae prima fuerint ecce  
 uenerunt. **I**oua quia ego annuntio:  
 antequam oriatur audita uobis  
 faciam. **C**antate domino canticum  
 nouum laus eius ab extremis terrae: quae  
 descenditis in mare & plenitu-

do eius: insule & habitatores earum.  
**L**euet desertum & ciuitates earum:  
 in domibus habitabit cedar. **L**au-  
 date habitatores petrae: de uertice  
 montium clamabunt. **P**onet  
 domino gloriam: & laudem eius in insulis  
 nuntiabunt. **D**ominus sicut fortis egredietur  
 dies: sicut uir perator suscitabit  
 celum. **V**ociferabitur & clamabit:  
 super inimicos suos confortabitur.  
**T**acuit semper sicut filius: patiens fuit.  
**S**icut patiens loquar. **D**issipabo  
 & absorbebo simul: desertos fa-  
 ciam montes & colles: & omne  
 gramen eorum exsiccabo. **E**t ponam  
 flumina in insulas: & stagna  
 arefaciam. **E**t ducam cecos in uiam  
 quam nesciunt: in semitis quas  
 ignorauerunt ambulare eos faciam.  
**P**onam tenebras coram illis in lucem:  
 & praua in recta. **H**ec uerba feci eis:  
 & non dereliqui eos. **C**onuersi sunt  
 retrorsum. **C**onfundantur confusi-  
 one quae confidunt in sculptilibus:  
 qui dicunt conflatili uos dii uestri.  
**S**urdi audite: & ceci intuemini  
 ad uidentium. **Q**uis cecus  
 nisi seruus meus: & surdus non  
 ad quem nuntios meos misi.  
**Q**uis cecus: non quae uenundatus est.  
**E**t quis cecus: nisi seruus domini.  
**Q**ui uidet multa: ane custodiet.

**PLA**

**Q**ui apertas habes aures. nōne audies. Et dñs voluit ut sanctificaret eū & magnificaret legē & extolleret. ipse autē ppl̄s directus & uastatus. **L**aquens iuuenū omnes. & in domib⁹ carcerū abstrondui sunt. facti sunt in rapinam nec est q̄ eruat. in direptionem & n̄ est qui dicat redde. **Q**uis est in uobis qui audiat hoc. adtendat & auscultet futura. **Q**uis dedit in direptionē iacob & isrl̄ uastantib⁹. **N**onne dñs ip̄e cui peccauimus. Et noluerunt in uis ei ambulare. & n̄ audierūt legem ei. & effudit sup eū indignationē furoris sui & forte bellum. & combussit eū in circuitu & n̄ cognouit. & succendit eū & n̄ intellexit. **XL III.**

**E**t nunc hec dicit dñs creans te iacob. & formans te isrl̄. **N**oli timere quia redemi te. & uocavi te nomine tuo. **D**eus est tu. **C**um transieris p̄ aquas te cū ero. & flumina n̄ opient te. **C**um ambulaueris in igne n̄ combureris. & flamma n̄ ardebit in te. quia ego dñs d̄s tuus. sanct⁹ isrl̄ saluator tuus. **V**edi p̄p̄tationē tuā egyptum. ethiōpiam & saba p̄ te. ex quo honorabilis fac

tus es in oculis meis & glōsus. **E**go dilexi te & dabo homines p̄ te. & p̄p̄os p̄ anima tua. **N**oli timere. quō tēcū ego sum. **A**b oriente ad ducam semen tuū. & ab occidente congregabo te. **D**icam aquiloni da. & austro noli phibere. **A**ffer filios meos de longinquo. & filias meas ab extremis terre. **E**t omnē q̄ inuocat nomē meū in glām meam creauit eū. formauit eū & fecit eū. **E**due foras p̄p̄m cecū & oculos habentem. surdum & aures ei sē. **O**mnes gentes congregate sunt simul. & collecte sunt tribus. **Q**uis in uobis annuntiauit istud. & q̄ p̄ma sunt audire uos faciet. **I**tem testes eorū & iustificent. & audiat & dicant. **V**ere uos testes mei dicit dñs. & seruus meus quē elegi. ut sciatis & credatis in. & intelligatis quia ego ipse sum. **A**nte me n̄ est formatus d̄s. & post me n̄ erit. **E**go sum ego sum dñs. & n̄ est absq̄ me saluator. **E**go annuntiaui & saluaui. **A**uditum feci & n̄ fuit in uobis alienus. **D**os testes mei dicit dñs. & ego d̄s. **A**b initio ego ipse. & n̄ est q̄ de manu mea eruat. **O**portet. & quis auertat illud. **H**ec dicit dñs redemptor uest⁹ sanctus isrl̄. **P**ropter uos misi in babylonē & detraxi

21



uentes uniuersos & chaldeos in  
 nauibus suis glantes. Ego dñs sēs  
 uester: creans isrl rex uester. **Hec**  
 dicit dñs q̄ dedit in mari uia. &  
 in aquis torrentib' semita: q̄ edu  
 xit quadrigam & equū: agmen  
 & robustū. Simul obdormierunt  
 nec resurgent: contriti sunt: & q̄  
 si linū extincti sunt. **Ne** memi  
 neritis priorū: & antiqua ne intu  
 eamini. **Ecce** ego facio noua & nō  
 orientē: utiq; cognoscetis ea. Po  
 nam in deserto uia: & in inuis  
 flumina. Glorificabit me bestia  
 agri. dracones & strutiones: quia  
 dedi in deserto aquas & flumina  
 in inuis: ut darem potū ip̄s me  
 o electo meo. Populū istū forma  
 ui m: laudē meā narrabit. **Nō**  
 me inuocasti iacob: nec laboras  
 ti in me isrl. **Nō** obtulisti m̄ ani  
 etem holocausti tui: & uictimis  
 tuis nō glorificasti me. **Nō** te serui  
 re feci in oblatione: nec laborē t̄  
 p̄bui in thure. **Nō** emisti m̄ ar  
 gento calamiū: & adipe uictima  
 rū tuarū nō inebriasti me. **Verum**  
 tamen me seruire fecisti in pecca  
 tis tuis: prebuiisti m̄ laborē in  
 iniquitatib' tuis. **Ego** sū ego sū  
 ip̄s q̄ deleo iniquitates tuas p̄t̄  
 me: & peccatorū tuorū nō recordabor.

Reduc me in memoriā: & iudi  
 cemur simul. **Marta** si q̄o ha  
 bes ut iustificeris. **Pat̄** tuus p̄m̄  
 peccauit: & interpretes tui p̄ua  
 ricati sunt in me. **Et** contamina  
 ui principes sanctos: dedi ad in  
 ternitionē iacob: & isrl in blas  
 phemiam. **XLIII.**

**E**t nunc audi serue meus ia  
 cob: & isrl quē elegi. **Hec**  
 dicit dñs faciens & formans te:  
 ab utero auxiliator tuus. **Noli**  
 timere serue meus iacob: & rec  
 tissime quē elegi. **Effundā** enī  
 aquas sup̄ sitientē: & fluenta  
 sup̄ aridam. **Effundā** sp̄m me  
 um sup̄ semen tuū: & benedicti  
 onē meā sup̄ stirpem tuā: & ger  
 minabunt inter herbas quasi  
 salices iuxta p̄t̄ fluentas acq̄.  
**Iste** dicit dñs ego sū: & ille uo  
 cabit in nomine iacob. & hic sc̄  
 bet manu sua dñs ego sū. & in  
 nomine isrl assimilabit. **Hec** di  
 cit dñs rex isrl: & redemptor ei  
 dñs exercitū. **Ego** primus & e  
 go nouissim' & absq; me nō est  
 d̄s. **Quis** similis mei? **Uocet** &  
 annuntiet: & ordinē exponat m̄  
 ex quo constitui pplm̄ antiquū.  
**Ventura** & que futura sūt an  
 nuntiet eis. **Nolite** timere.

nec conturbemini. Ex tunc  
audire te fecit & annuntiaui. Vos  
estis testes mei. Numquid est deus  
absque me. & formator quem ego non  
nouerim. Plaste idoli omnes nichil  
sunt. & amantissima eorum non proderunt  
eis. Ipsi sunt testes eorum. quia non  
vident nec intelligunt ut confu-  
dant. Quis formauit deum. & sculp-  
tile conflauit ad nichil utile. Ecce  
omnes participes eius confundentur. Fab-  
erum sunt ex hominibus. Conuenienter  
omnes. stabunt & pariebunt & con-  
fundantur simul. Faber ferrarius li-  
ma opatus est. in prunis & in mal-  
leis formauit illud. & opatus est in  
brachio fortitudinis sue. Esuriet  
& deficiet. non bibet aquam & lacrescet.  
Artifex lignarius extendit normam.  
formauit illud in runcina. fecit  
illud in angularibus & in circino tor-  
nauit illud. & fecit imaginem uiri  
quasi speciosum hominem habitan-  
tem in domo. Succidit cedros. tu-  
lit ilicem & quercum que steterat in-  
ter ligna saltus. plantauit pinum  
quam pluuia emittunt. & facta est  
hominibus in focum. Simpsit ex eis  
& calefactus est. & succendit & coxit  
panes. De reliquo autem opatus est  
deum & adorauit. & fecit sculptile &  
curuatus est ante illud. Quid enim ei

combussit igni. & de medio eius car-  
nes comedit. Coxit pulmentum & la-  
tuatus est. & calefactus est & dixit.  
Quia calefactus sum. uidi focum. Reli-  
quum autem eius deum fecit. & sculptile fe-  
cit. Curuat ante illud. & adorat  
illud & obsecrat dicens. Libera me.  
quod deus meus est. Nescierunt nec  
intelligerunt. Obliti enim sunt. ne  
uideant oculi eorum & ne intelligant cor-  
de suo. Non recogitant in corde suo  
nec cognoscunt nec sentiunt ut di-  
cant. Genetatem eius combussit ig-  
ne. & coxi super carbones eius panes.  
coxi carnes eius & comedi. & de reliquo  
eius idolum faciui. Ante truncum ligni  
percidiui. Pars eius cinis est. Cor in-  
sipiens adorabit illud. & non liberabit  
animam suam nec dicet. Forte menda-  
cium est in dextera mea. Genito hor-  
iacob. & israhel quomodo seruus meus est.  
Formaui te. seruus meus est. israhel non  
obliuiscaris me. Deleui ut nubem  
iniquitates tuas. & quasi nebula  
peccata tua. Reuertere ad me. quomodo  
redemi te. Laudate celi quomodo misericordiam  
fecit deus. iubilate extrema terre. re-  
sonate montes laudationem. saltus & omne  
lignum eius. quomodo redemit deus iacob. &  
israhel glorificabitur. **XLV.**

**H**ec dicit deus redemptor tuus.  
& formator tuus ex utero. **C**

go sum dñs faciens omnia: exten-  
 dens celos solus stabilians terrā &  
 nullus meū: irrita faciens sig-  
 na diuinoꝝ & aruolos in furorem  
 uertens: conuertens sapientes  
 retrosum & scientiā eoz stultā  
 faciens: suscitans uerbū serui  
 sui & consiliū nuntioꝝ suoꝝ cō-  
 plens: qui dico ierlm habitabers  
 & ciuitatib' iuda edificabimini &  
 deserta ei' suscitabo: q̄ dico pfun-  
 do desolare & flumina tua arefa-  
 ciā. qui dico cyro pastor meus es  
 & omnē uoluntatē meā complebis:  
 q̄ dico ierlm edificaberis: & templo  
 fundaberis. **Hec** dicit dñs xpo meo  
 cyro cui' apprehendi dexterā. ut sub-  
 iaciā ante faciē ei' gentes & dorla te-  
 gū uertā & apiam corā eo ianuias  
 & porte n̄ cludent'. **Ego** ante te  
 ibo. & gl'ios ire humiliabo. Porta-  
 cras conterā: & uectes ferreos confu-  
 gā. **Et** dabo t' thesauros absconditos  
 & archana secretoz: ut scias quia  
 ego dñs q̄ uoco nomē tuū d's isrl': p-  
 ter seruiū meū iacob & isrl' electum  
 meū. **Et** uocari te nomine tuo:  
 assimilari te: & n̄ cognouisti me.  
**Ego** dñs: & n̄ est amplius. **Ecce** me  
 n̄ est d's. **Accinxi** te & n̄ cognouisti  
 me. ut sciant hū q̄ ab ortu solis & q̄ ab  
 occidente quō absq; me n̄ est. **Ego**

dñs & n̄ est alter: formans lucē &  
 creans tenebras. faciens pacem: &  
 creans malū. **Ego** dñs faciens om-  
 nia hec. **Horate** celi desup & ni-  
 bes pluant iustā: & apiat terra &  
 germinet saluatoꝝ: & iusticia ou-  
 at' simul. **Ego** dñs creau' eū. **Ve**  
 q̄ contradicit fictori suo: testa de  
 sanuis terre. **Quicq̄** dicit lu-  
 tū figulo suo quid facis: & op' tu-  
 um absq; manib' est. **Ve** q̄ dicit  
 patri quid generas: & mulieri qd  
 parcuris. **Hec** dicit dñs scs isrl':  
 plastes ei'. **uentura** interrogate  
 me sup filios meos: & sup opus ma-  
 nuū meaz mandastis m'. **Ego** fe-  
 ci terrā: & hominē sup eam creau'  
 ego. **Ianuis** mee tetenderunt celos:  
 & omni milicie eoz mandari. **Ego**  
 suscitari eū ad iusticiā: & omnes  
 uias ei' dirigā. **Ipsē** edificabit ci-  
 uitatē meā: & captiuitatē meā  
 dimittet n̄ in pretio neq; in mune-  
 rib'. **dicit** dñs d's exercituum. **Hec**  
 dicit dñs. **Laboz** egypti & negoti-  
 atio ethyopie & sabauri iuri subli-  
 mes ad te transibunt: & tui erūt.  
**Post** te ambulabunt. iuncti ma-  
 nicis pgent: & te adorabunt teq;  
 dep'cabunt. **Tantū** in te est d's: &  
 n̄ est absq; te d's. **Uere** tu es deus  
 absconditus: d's isrl' saluator. **Co**

fuit simit & erubuerunt simul: abi-  
 erunt in confusione error fabrica-  
 tores. **I**stis saluatus est a dno salute  
 eterna. **N**on confundemini & n̄ e-  
 rubescetis usq; in sc̄m scli: quia  
 hec dicit dñs creans celos: ipse d̄s  
 formans terram & faciens eā. ipse  
 plastes ei. **N**on inuaniū creauit  
 eam: ut habitaret formauit eam.  
**E**go dñs: & n̄ est alius. **N**on in abs-  
 condito locutus sum: in loco terre  
 tenebroso. **N**on dixi semini iacob  
 frustra querite me. **E**go dñs loqūs  
 iusticiā: annuntians recta. **C**on-  
 gregamini & uenite & accedite simi  
 qui saluati estis ex gentib;. **M**elue-  
 runt q̄ leuant signū sculpture sue:  
 & rogant dñm n̄ saluante. **A**nnunti-  
 ate & uenite: & consiliamini simul.  
**Q**uis auditū fecit hoc ab initio:  
 quom̄c p̄dixit illud. **N**umquid  
 n̄ ego dñs. **E**t n̄ est ultra d̄s absq; me.  
**D**s iustus & saluans n̄ est preter me.  
**C**onuertimini ad me & salui eritis  
 om̄s fines terre: quia ego dñs & n̄  
 est alius. **I**n memetipso iuravi:  
 egrediet̄ de ore meo iusticie uerbū  
 & n̄ reuertet̄: quia in curuabunt  
 omnia genu: & iurabit om̄s lin-  
 gua. **E**rgo in dño dicent. **N**ec fuit  
 iusticie & impiū. **N**o enim ueni-  
 ent & confundent̄ om̄s q̄ repug-

nant ei. **I**n dño iustificabit̄ & lau-  
 dabit̄ omne semen isrl;. **XLVII.**  
**C**onflatus est bel contritus est  
 nabo: facta sunt simulachra  
 eoz bestus & iumentis. **O**nera uia  
 graui pondere usq; ad lassitudinē.  
 contabuerunt & contrita s̄t simul.  
**N**on potuerunt saluare portante:  
 & anima eoz in captiuitatē ibit. **A**-  
 dite me dom̄ iacob & omne residuum  
 domus isrl;: qui portamini a meo  
 utero: qui gestamini a mea uulua.  
**U**sq; ad senectam ego ipse: & usq;  
 ad canos ego portabo. **E**go feci & ego  
 feram: ego portabo & saluabo. **C**ui  
 assimilastis me & adequalistis: & cō-  
 parastis me & fecistis similem. **Q**-  
 uis confertis aurū de sacco. & argen-  
 tum statera pondera tis conducen-  
 tes artificem ut faciat dñm & p̄oci-  
 dunt & adorant. **P**ortant illū in  
 humeris gestantes & ponentes in  
 loco suo: & stabit ac de loco suo nō  
 mouebit̄. **S**ed & cū clamauerint ad  
 eū n̄ exaudiet: de tribulatione nō  
 saluabit eos. **M**ementote istud et  
 fundamini: redite p̄uaricatores  
 ad cor. **R**ecordamini prioris scli:  
 quōd ego sum d̄s & n̄ est ultra d̄s. nec  
 est similis mei: annuntians ab exor-  
 dio nouissimū. & ab initio que nec-  
 dum facta sunt dicens: consilium

meū stabit & omnis uoluntas me  
 a fiet: uocans ab oriente auem.  
 & de terra longinqua uirū uolun  
 tatis mee. Et locutus sum & ad  
 ducam illud: creauit & faciam illud.  
 Audite me duro corde: q̄ longe estis  
 a iusticia. Prope feci iusticiā meā  
 n̄ elongabit: & salus mea n̄ morabit.  
 Dabo in syon salutē: & in ierusalem  
 gloriam meam. **XLVIII.**

**D**escende sede in puluere tigo  
 filia babilon: sede in terra.  
 Non est solū filie chaldeoz: q̄a  
 ultra n̄ uocaberis mollis & tenera.  
 Tolle molam & mole farina: deni  
 da turpitudinē tuā. discoopi hu  
 merū. reuela t̄ura: transi flumi  
 na. Reuelabit ignominia tua: &  
 uidebit opprobriū tuū. Uitionē  
 capiam: & n̄ resistet m̄ homo. Re  
 demptor nost̄ dñs exercituum. nom̄  
 illi sanctus isrl̄. Sede tace & mita  
 in tenebras filia chaldeoz: quia n̄  
 uocaberis ultra dñā regnoz. Frat̄  
 sum sup p̄ph̄m meū: contaminauit  
 hereditatem meā: & dedi eos in ma  
 nu tua. Non posuisti eis m̄iam:  
 sup senem aggrauasti iugū tuum  
 ualde: & dixisti. In sempiternū ero  
 dñā. Nō posuisti hec sup cor tu  
 um: nec recordata es nouissimi  
 tui. Et nunc audi hec delicata

& habitans confidenter: que dicit  
 in corde tuo. Ego sum & n̄ est pret̄  
 me amplius: n̄ sedebo uidua: & ig  
 norabo sterilitatem. Venient t̄ hec  
 duo subito in die una: sterilitas &  
 uiduitas. Uniuersa uenerūt su  
 p te p̄t̄ multitudinē maleficior  
 tuoz: & p̄t̄ duritiam incanta  
 toz tuoz uehement̄. Et fiducia  
 habuisti in malicia tua: & dixit̄  
 ti. Nō est q̄ uideat me. Sapien  
 tia tua & scientia tua hec decep  
 te: & dixisti in corde tuo. Ego sū:  
 & pret̄ me n̄ est altera. Veniet su  
 p te malū & nescies ortū tuū: & ir  
 ruet sup te calamitas quā n̄ poteris  
 expiare. Veniet sup te repente mi  
 seria quā nescis. Sta cū incantato  
 rib̄ tuis: & cū multitudinē male  
 ficior tuoz in quib̄ laborasti ab  
 adolescentia tua: si forte qd̄ p̄lit  
 t̄. aut si possis fieri fortior. Defecit  
 ti in multitudinē consilioz tuoz.  
 Stent & saluent te augures celi:  
 q̄ contemplabant sidera & supu  
 tabant menses: ut ex eis annunti  
 arent uenturā t̄. Ecce facti sunt  
 quasi stipula: ignis combussit e  
 os. Non liberabunt animā suā  
 de manu flamme. Non sunt  
 prune quib̄ calefiant: nec focus  
 ut sedeant ad eū. Sic facta sunt

et in quibuscuq; laboraueris. Ne  
gociatores tui ab adolescentia tua  
uniuscuiusq; in uia sua errauerit.  
non est qui saluet te. **XLIX.**

**A**udite hoc domus iacob q̄  
uocamini nomine isrl̄. et  
de aquis iuda exiitis. qui iurastis  
in nomine dñi et dei isrl̄. Recordamini  
ñ in ueritate neq; in iusticia  
de ciuitate eñ sancta uicari sunt.  
et sup̄ dñm isrl̄ constabuliti sunt. Do  
minus exercituum nom̄ ei. Priora  
extime annuntiaui. et ex ore meo  
exierit. et audita feci ea. Repente  
opatus sum et uenerunt. Sciri  
eñ quia durus estu. et uertus t̄  
reus ceruix tua. et frons tua enea  
Predixi t̄ extime. ante quã ueni  
rent iudicari t̄. ne forte diceret  
idola enea fecerunt hec. et sculp  
tilia mea et conflabilia mandauere  
runt ista. Que audisti. uide oia.  
Vos aut̄ ñ annuntiastis. Audita  
feci t̄ noua extime. et conseruata  
que nescis. Nunc creata sunt  
et ñ extime. et ante diem et ñ au  
disti ea. ne forte dicas. ecce ego cog  
nouit ea. Neq; audisti neq; cogno  
uisti. neq; extime apta est auris  
tua. Scio eñ quia p̄uaricans p̄  
uaricaberis. et transgressor ex  
uentre uocamini te. Propt̄ nom̄ me

um longefaciam furorem meum. et  
laude mea infrenabo te ne intereas.  
Ecce excoxi te s̄ ñ quali argentum.  
elegi te in camino paupertatis. Prop  
ter me faciã ut ñ blasphemet. et glam  
meã alteri ñ dabo. Audi me isrl̄. et  
iacob que ego uoco. Ego ipse. ego p̄  
mus. et ego nouissimus. Manus q̄  
mea fundauit terram. et dextera mea  
mensa est celos. Ego uocabo eos. et  
stabunt simul. Congregamini om̄s  
uos. et audite. Quis de eis annun  
tiauit hec. Dñs dilexit eñ. Faciet  
uoluntatem suã in babilone. et bra  
chiũ suũ in chaldeis. Ego ego locutus  
sum. uocauit eñ. et adduxi eum. et  
directa est uia ei. Accedite ad me.  
et audite hoc. Non a principio t̄  
abscondito locutus sum. ex tempe  
antequam fieret ibi eram. Et nũc  
dñs d̄s misit me et spe ei. Hec dicit  
dñs redemptor tuus sanctus isrl̄. Ego  
dñs d̄s tuus docens te uilia. guber  
nans te in uia qua ambulas. Vtinã  
attendisses mandata mea. Facta fuisset  
sic flumen pax tua et iusticia tu  
a sic gurgites maris. et fuisset q̄si  
arena semen tuũ. et stirps uteri  
tui ut lapilli ei. Non interisset  
et ñ fuisset attritũ nom̄ ei a facie  
mea. Egredimini a babilone. fu  
gite a chaldeis. In uoce exultationis

annuntiate & auditum facite hoc: & ferte illud usque ad extrema terre. Dicit te. Redemuit dominus servum suum iacob. Non fuerunt in deserto: cum eduiceret eos. Aquam de petra produxit eis: & scidit petram & fluxerunt aque. Non est pax dicit dominus ipse.

**A**udite insule & **L.**  
Attendite populi delonge. Dominus ab utero uocauit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei: & posuit os meum quasi gladium acutum. In umbra manus sue protexit me: & posuit me sicut sagittam electam. In phatetia sua abscondit me: & dixit in. Seruus meus es tu israel: quia in te glabor. Et ego dixi. In uacuum laboravi: sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum domino est: & opus meum cum deo meo. Et nunc dicit dominus formans me ex utero seruus sibi: ut te ducam iacob ad eum. Et israel non congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini: & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit. Parum est ut sis in seruus ad sustentandas tribus iacob: & feces israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usque ad extremum terre. Hec dicit dominus redemptor israel sanctus eius: ad contemptibilem animam & abhominatam gentem

ad seruum dominorum. Reges uidebunt & confingent principes: & adorabunt propter dominum quia fidelis est: & sanctum israel qui elegit te. Hec dicit dominus. In tempe placito exaudiu te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruauit te & dedi te in fedus populi mei: ut suscitares terram & possideres hereditates dissipatas: ut diceret his qui uincti sunt gate & his qui in tenebris reuelamini. In uis pascunt: & in omnibus planis pascue eorum. Non esurient neque sitient: & non percuet eos estus & sol. quia miserator eorum reget eos: & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in uiam: & semite mee exaltabunt. Ecce isti delonge ueniunt: & ecce illi ab aquilone & mari. & isti de terra australi. Lauda te celi & exultet terra: iubilate montes laudem quia consolatus est populum suum: & pauperum suorum miserebitur. Dixit syon. Dereliquit me dominus: & dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum: ut non misereatur filio uteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tuum. Ecce in manibus meis destruxi te: muri tui coram oculis meis semp. Venerunt structores tui: destruentes te & dissi

pantes a te exibunt. **L**eua in circuitu oculos tuos & uide: omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. **S**i uo ego dicit dñs quia omnibus his uelut ornamento uestieris. & circumdabis tibi eos quasi sponsa: quia deserta tua & solitudines tue. & trinitate tue nunc angusta erunt habitatoribus: & longe fugabuntur qui absorbebant te. **A**dhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tue. **A**ngustus est locus: fac in spatium ut habitem. **E**t dices in corde tuo. **Q**uis genuit in istos. **E**go sterilis & non pariens: transmigrata & captiua. & istos quos enutruunt. **E**go destruita & desolata: & isti ubi hic erant. **H**ec dicit dñs dñs. **E**go leuo ad regentes manus meas. & ad populos exaltabo signum meum: & afferent filios tuos in ulnis: & filias tuas super humeros portabunt. **E**t erunt reges nutricii tui: & regine nutrices tue. **S**icuti in terram demisso adorabunt te: & puluerem pedum tuorum lingent: & scies quia ego dñs super quo non confundentur qui expectant eum. **S**umquid tolletur a forte preda: aut quod captum fuerit a robusto saluum esse poterit. **Q**uia hec dicit dñs. **E**t quidem et captiuitas a forte tolletur: & quod ab

latum fuit a robusto saluabitur. **E**os uero qui iudicauerunt te ego iudicabo: & filios tuos ego saluabo: & cibabo hostes tuos carnibus suis. & quasi musto sanguine suo inebriabuntur: & sicut omnis caro quia ego dñs saluans te. & redemptor tuus fortis iacob. **H**ec dicit dñs. **Q**uis est hic liber repudii matris uite quo dimisi eam: aut quis est creditor meus cui uendidi uos. **E**cce in iniquitatibus uestris uenditi estis: & in sceleribus uestris dimisi matrem uestram: quia ueni & non erat uir. uocaui & non erat qui audiret. **S**umquid abbreviata & paruula facta est manus mea ut non possim redimere: aut non est in me uirtus ad liberandum. **E**cce in increpatione mea a desertum faciam mare: ponam flumina in siccum: & putrescent pulres sine aqua: & morientur in siti. **I**nduam celos tenebris: & saccum ponam opumentum eorum. **D**ñs dedit in linguam eruditam: ut sciam sustentare eum qui lassus est uerbo. **E**rigit mane. mane erigit in aurem: ut audiam quasi magistrum. **D**ñs dñs aperit in aurem: ego autem non contradico: retrosum non abi. **C**orpus meum dedit percussoribus: & genas meas uellentibus. **F**aciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. **D**ñs



d's auxiliator meus ideo n̄ sum cō-  
 fusus. Ideo posuit faciem meam  
 ut petra durissimā & sicut q̄s n̄  
 confundat. Iuxta est q̄ iustificat  
 me. Quis contradicet m̄. Stetit  
 simul. Q̄s aduersarius meus. Ac-  
 cedat ad me. Ecce dñs d's auxilia-  
 tor meus. Quis est q̄ condempnet  
 me. Ecce om̄s quasi uestimentum  
 conterent. tinea comedet eos. Q̄s  
 ex uobis timens dñm audiens uocē  
 serui ei. q̄ ambulauit in tenebris  
 & n̄ est lumen ei. Speret in noīe  
 dñi. & inuitat sup dñm suū. Ecce  
 om̄s uos accedentes ignē. accincti  
 flammis. Ambulate in lumine  
 ignis uest. & in flammis quas  
 succendistis. De manu mea factū  
 est hoc uobis. in dolorib' dormietis.

**A**udite me qui sequimini  
 qd̄ iustum est. & queritis  
 dñm. Attendite ad petra unde ex-  
 celi estis. & ad cauernam laci de q̄  
 p̄cisi estis. Attendite ad habiabi  
 patrem ur̄m. & ad latam que pe-  
 perit uos. quia unū uocaui eū  
 & benedixi eū & multiplicauī eū.  
 Consolabit' q̄ dñs syon. consolabitur  
 om̄s ruinas ei. & ponet desertum  
 ei quasi delicias. & solitudinē ei  
 quasi ortū dñi. Gaudū & leticia  
 inueniet' in ea. gr̄a actio & uox

laudis. Attendite ad me p̄pls me'  
 & trib' mea me audite. quia lex  
 a me exiet. & iudiciū meū in lucē  
 p̄ploꝝ requiescet. Prope est iust' me.  
 egressus est saluator meus. & brachi-  
 a mea p̄p̄s iudicabunt. Ne inuile  
 expectabunt. & brachiū meū susti-  
 nebūt. **L**euate in celū oculos ur̄os.  
 & uidete sub terrā deorsum. quia ce-  
 li sic fumus liquefcent. & terra sic  
 uestimentū atteret. & habitatores  
 ei sic hec interibunt. Salus autē me-  
 a in sempiternū erit. & iusticia mea  
 n̄ deficiet. **A**udite me qui scitis ius-  
 tū p̄pls meus. lex mea in corde e-  
 or. Nolite timere opprobriū ho-  
 minū. & blasphemias eorū ne metu-  
 atis. **S**ic enī uestimentū sic come-  
 det eos uermis. & sic lanam sic  
 deuorabit eos tinea. salus autem  
 mea in sempiternū erit. & iusticia  
 mea in generationes generationū.  
**C**onsurge consurge. induere forti-  
 tudinem brachiū dñi. **C**onsurge sic  
 in dieb' antiquis. in generationib'  
 sc̄loꝝ. **S**umē q̄ n̄ tu percussisti su-  
 pbū. & uulnasti draconē. **S**umē  
 n̄ tu siccasti mare. & aq̄ abyssi uehe-  
 mentis. **Q**uasi posuisti pfundū ma-  
 ris uia. ut transiret libati. **Q**uasi  
 redempti sunt a dño reuertent' &  
 uenient in syon laudantes. & leti

cia sempiterna sup capita eoz. Gaudeat  
 diu & leticiam obtinebunt: fugiet  
 dolor & gemitus. Ego ego ipse conso-  
 labor uos. Quis tu ut tumeres ab  
 homine mortali: & a filio hominis  
 qui quasi fenu ita arestet. Et ob-  
 litus es dñi factoris tui qui tetendit  
 celos & fundauit terram: & formi-  
 dasti iugiter tota die a facie furoris  
 ei qui te tribulauerat: & pauerat  
 ad pdendum. **S**ibi nunc est furor t-  
 bulantis. Cito ueniet gradiens ad  
 aprendum: & n̄ inficiet usq; ad in-  
 teruentionem: & n̄ deficiet panis ei.  
 Ego aut̄ sum dñs ds tuus qui con-  
 turbo mare: & intumescunt fluctus  
 ei. Dñs exercituum nomen meū.  
 Posui uerba mea in ore tuo. & in  
 umbra manus mee prexi te: ut  
 plantes celos & fundes terrā: & di-  
 cas ad syon ppls meus estu. **L. III.**  
**E**leuare eleuare consurge re-  
 rusalem: que bibisti de ma-  
 nu dñi calicem ire ei. Usq; ad fun-  
 dum calicis soporis bibisti: & potas-  
 tati usq; ad feces. Non est qui  
 sustentet eā ex omnib; filiis quos  
 genuit: & n̄ est qui apprehendat  
 manū ei ex omnib; filiis q̄s enutri-  
 uit. Duo sunt que occurrerunt t-  
 t̄. **Q**s contristabit sup te. **S**ustitias  
 & contritio: fames & gladi. **Q**s

consolabit te. **F**ili tui precti sunt.  
 dormierunt in capite omniu uiarū.  
 sic oryx illaqueat: & pleni indigna-  
 tione dñi: increpatione dei nr̄i. **N**o-  
 circo audi paupcula: & ebria n̄ a  
 uino. **H**ec dicit dn̄ator tuus dñs:  
 & ds tuus qui pugnauit p̄ p̄plo suo.  
**E**cce tuli de manu tua calicē soporis:  
 fundum calicis indignationis mee.  
**N**on adicies ut bibas illū ultra.  
**E**t ponam illum in manu eoz q̄  
 te humiliauerunt & dixerūt aīe  
 tue: incuruare ut transeamus.  
**P**osisti ut terrā corpus tuū: & q̄  
 uiam transeuntib;. **C**onsurge consur-  
 ge induere fortitudine tua syon: in-  
 duere uestimentis gl̄e tue ierlm ci-  
 uitas sancti: quia n̄ adiciet ultra  
 ut transeat p̄ te in circuncisus et  
 immundus. **E**xcutere de puluē cō-  
 surge sede ierlm. **S**olue uincula colli  
 tui captiua filia syon: quia hec di-  
 cit dñs ds. **G**ratias uenundati estis  
 & sine argento redimemini: q̄a hec  
 dicit dñs ds. **I**n egyptum descendit  
 ppls meus ut colonus ess; ibi: & al-  
 sur absq; ulla causa calumpniat̄  
 est eū. **E**t nunc q̄ in est hic die dñs:  
 quō ablatus est ppls meus gratis. **D**o-  
 minatores ei inique agunt die dñs:  
 & iugit̄ tota die nom̄ meū blaphe-  
 mat̄. **P**ropter hoc sciet ppls meus

⁊ dicantis

nomen meū in die illa: quia ego  
 ipse qui loquebar ecce assum. **Q**uam  
 pulchri sup montes pedes annuntian  
 tis pacem ⁊ annuntiantis bonū pte  
 dicantis salutem: dicentis syon. **R**eg  
 nabit dñs tuus. **V**ox speculatoꝝ tu  
 oꝝ. **L**euauerunt uocē simul adora  
 bunt: quia oclō ad oclm uidebūt cū  
 conuerterit dñs syon. **G**audete ⁊ lau  
 date simul deserta ierlm: quia con  
 solatus est dñs pplm suū ⁊ redemit  
 ierlm. **P**arauit dñs brachium scā  
 suū in oclis omniū gentiū: ⁊ uide  
 bunt om̄s fines tē salutare dī n̄rī.  
**R**ecedite recedite ⁊ exite inde: pollu  
 tum nolite tangere. **E**xite de medio  
 ei. **M**undamini qui fertis uasa dñi:  
 quō n̄ in tumultu exibitis: nec in  
 fuga properabitis. **P**recedet enī uos  
 dñs: ⁊ congregabit uos dñs isrl̄. **I**te  
 intelliget seruis meus: exaltabit  
 ⁊ eleuabit: ⁊ sublimis erit ualde.  
**S**ic obstupuerunt sup te multi sic  
 i glōsus erit inter uiros aspectus ei:  
 ⁊ forma ei inter filios hominū. **I**te  
 asperget gentes multas. **S**up ip  
 sum continebunt reges os suū: q̄  
 quib' n̄ erat narratū de eo uidebunt:  
 ⁊ q̄ n̄ audierāt cōtemplati s̄t. **LIII**  
**Q**uis credidit auditui n̄rō ⁊ bra  
 chium dñi cui reuelatum est.  
**E**t ascendet sic uingultū coram eo:

⁊ sic radix de terra sitient. **N**on  
 est species ei necq̄ decor: ⁊ uidimus  
 eū ⁊ n̄ erat aspectus: ⁊ desiderau  
 mus eū despectum ⁊ nouissimum  
 uiuoz: uirū doloꝝ ⁊ scientem in  
 firmitatem: ⁊ quasi absconditus  
 uultus ei ⁊ despectus. **V**nde nec  
 reputauimus eū. **V**ere languores  
 n̄rōs ipse tulit: ⁊ dolores n̄rōs ipse  
 portauit. **E**t nos putauim' eū q̄  
 leprosum a deo ⁊ p̄cillum ⁊ humi  
 liatum: ipse autē uulneratus est  
 p̄t̄ iniquitates n̄rās: ⁊ attritus ē  
 p̄t̄ scelera n̄rā. **D**isciplina pacis n̄rē  
 sup eū: ⁊ luore ei sanati sumus.  
**O**m̄s quasi oues errauimus: unus  
 quisq̄ in uia suā declinauit: et  
 dñs posuit in eo iniquitatem om̄iū  
 n̄rā. **O**blatus est quia ipse uo  
 luit: ⁊ peccata n̄rā ipse portauit.  
 ⁊ n̄ apuit os suū. **S**ic ouis ad oc  
 cisionē ducet: ⁊ q̄ agnus coram  
 tendente se obmutescet: ⁊ n̄ apuit  
 os suū. **D**e angustia ⁊ de iudicio  
 sublatus est. **G**enerationē ei quis  
 enarrauit. **Q**uia abscisus est de  
 terra uiuentiū. **P**rop̄t̄ scelus ppli  
 mei p̄cussit eos: ⁊ dabit impios  
 p̄ sepultura ⁊ diuītē p̄ morte sua:  
 eo qd̄ iniquitatē n̄ fecerit necq̄ do  
 lus fuit in ore ei. **E**t dñs uoluit  
 conterere eū in infirmitate. **S**i po

fuerit p peccato animā suā uide  
 bit semen longeuum. & uolum  
 tas dñi in manu ei diriget. P eo  
 qd laborauit anima ei: uidebit  
 & saturabit. In scientia sua iusti  
 ficabit ipse multos seruis meis  
 multos: & iniquitates eoz poru  
 bit. Ideo disperciam ei plurimos  
 & fortuū diuidet spolia: p eo qd tū  
 didit in mortē animā suā & cum  
 sceleratis reputatus est. & ipse pec  
 catū multoz tulit: & p transgres  
 sionibus rogauit ut n̄ putent. **L. V.**  
 arida sterilis que n̄ parit:  
 decanta laudem & hūmū que nō  
 pariebas: quō multi filii deserti  
 magis quā ei que habet iurū dñi  
 dñs. Dilata locū tentoriū tuū et  
 pelles tabernaculoꝝ tuoz extende:  
 ne paruas. Longos fac funiculos  
 tuos: & clauos tuos consolida. Ad  
 dexteram enī & ad leuā penetrabis:  
 & semen tuū gentes hereditabit:  
 & ciuitates desertas inhabitari faci  
 et. Noli timere quia n̄ confunde  
 ris: neq; erubescas. Non enī te  
 pudebit: quia confusionis adolesce  
 tie tue obliuisceris: & opprobriū  
 indignitatis tue n̄ recordaberis am  
 plius: quia dñabit tu qui fecit  
 te dñs exercitū nomen ei: & te  
 demptor tuus sanct' isrl' dñs om̄is

terre uocabit: quia ut mulierem  
 derelictam & merentem spū uoca  
 uit te dñs: & uxorem ab adolescen  
 tia abiectam dixit dñs dñs tuus. Ad  
 punctū in modico dereliqui te: & i  
 miseracionib' magnis congregabo  
 te. In momento indignationis abs  
 condi faciem meā parump a te: & i  
 m̄ia sempiterna misertus sum tui:  
 dixit redemptor tuus dñs. Sic in  
 dieb' noe istud m̄ est. cui iuravi ne  
 inducerem aquas ultra sup t̄ram:  
 sic iuravi ut n̄ trascar tibi: & n̄ in  
 crepem te. Montes enī cōmouebunt  
 & colles contremulcent: m̄ia autē  
 mea n̄ recedet a te. & sedus pacis me  
 e n̄ mouebit: dixit miserator tuus  
 dñs. Paupcula tempestate commul  
 sa absq; ulla consolatione: ecce ego  
 sternā p ordinē lapides tuos & fun  
 dabo te in saphyris: & ponā in ias  
 pidem ppugnacula tua. & portas  
 tuas in lapides stulptos: & omnes  
 terminos tuos in lapides desidabi  
 les: uniuersos filios tuos doctos a  
 dño: & multitudinē pacis filijs tu  
 is: & in iusticia fundaberis. Recede  
 de procul a calumpnia quia n̄ ti  
 mebis: & a parore quia n̄ appropi  
 quabit t'. Ecce accola ueniet qui  
 n̄ erit meū: aduena quondam  
 tuus adiunget t'. Ecce ego creau

fabrum sufflantem <sup>in</sup>prunas & p  
ferentem uas in opus suū. & ego  
creati interfectorem ad dispendiū.

Omne uas qd fictum est contra te  
n̄ diriget. & omnem linguā resisten

tem t̄ in iudicio iudicabis. **L. VI.**

**H**ec est hereditas seruoꝝ dñi. &  
iusticia eoz apud me dicit dñs

Om̄s sitientes uenite ad aquas. &  
qui n̄ habetis argentum p̄petate.  
emite & comedite. Venite emite

absq; argento & absq; ulla cōmuta  
tione uini & lac. Quare appendi  
tis argentū & n̄ in panib; & labore  
ur̄m & n̄ in saturitate. Audite au  
dientes me & comedite bonum. & de  
lectabit̄ in crassitudine anima ur̄a.

Inclinate aurem ur̄am & uenite ad  
me. audite & uiuet anima ur̄a.

& feriam uobiscum pactū sempi  
ternū. in̄ias dauid fidelis. Ecce

testem pplis dedi eū. ducem ac p̄  
ceptorem gentib;. Ecce gentē quā

uestiebas uocabis. & gentes que n̄  
cognouerunt te current ad te. p̄pter

dñm dñm tuū & sanctū isrl̄. quia  
glorificabit te. Querite dñm dum

inueniri potest. inuocate eū dñm p̄  
est. Derelinquat impius uia suā

& uir iniquus cogitationes suas. &  
reuertat̄ ad dñm & miserebit̄ ei. et

ad dñm ur̄m quō mult; est ad ignoscen

dum. Non enī cogitationes mee  
cogitationes ur̄e dicit dñs. neq; me

uestre me mee dicit dñs. quia sic  
exaltant̄ celi a terra. sic exaltate se

me mee a uis uestris. & cogitatio  
nes mee a cogitationib; ur̄is. Et quo

modo descendit ymber & nix de ce  
lo & illuc ultra n̄ reuertet. s; me

betat terram & infundit eā & ger  
minare eam facit et dat semen se  
renti & panem comedenti. sic erit

uerbū meū qd egrediet̄ de ore meo.  
Non reuertet̄ ad me uacū. s; facit

quocumq; uolui. & p̄spabit̄  
in his ad que misi illud. quia in

leticia egrediemini. & in pace dedu  
cerini. Montes & colles cantabunt

coram uobis laudem. & omnia lig  
na regionis plaudent manu. Pro

saluica ascendet abies & p̄ uertica  
crescet myrtus. & erit dñs nomina **II.**

Itus in signū etnū qd n̄ auferet. **L. V.**

**H**ec dicit dñs. Custodite iudi  
ciū & facite iusticiā. quia

iuxta est salus mea ut ueniat. et  
iusticia mea ut reuelet̄. Beatus uir

qui facit hoc. & filius hominis qui  
apprehendit istud. custodiens sab  
batum ne polluat illud. custodi

ens manus suas ne faciat omne ma  
lū. Et n̄ dicat filius aduene qui

adheret dño dicens. sepatione diu

det me dñs a p̄lo suo. Et n̄ dicat eunuchus ecce ego lignū aridū quia hec dicit dñs eunuchis. Si custodierint salba mea. & elegerint que uolui & tenuerint fed̄ meū. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum. & nom̄ meli⁹ a filijs & filiabus. nomen sempiternū dabo eis q̄d n̄ p̄ibet. Et filios aduene qui adherent dño ut colāt eū & diligunt nomen ei⁹ ut sint ei in seruos. om̄ne custodiētē salbam ne polluat illud & tenentē fed̄ meū. adducam eos in montē sanctum meū & letificabo eos in domo orationis mee. Holocausta eorū et uictime eorū placebunt in sup̄ altare meū. quia domus mea domus orationis uocabit̄ cunctis gentib⁹. Aut dñs d̄s. qui congregat dispersos isrl̄. Adhuc congregabo ad eū congregatos ei⁹. Om̄s bestie agri uenite ad deuorandū. uniuersę bestie saltus. Speculatores ei⁹ ceci om̄s. nescierunt uniuersi. canes muti n̄ ualentes latrare. uidentes uana. dormientes & amantes sompna. & canes impudentissimi. nescierunt saturitatē. Ipsi pastores. ignorauerunt intelligentiā. Om̄s in uia suā declinauerunt. unusquisq̄

ad auaritiā suā a summo usq̄ ad nouissimū. Venite sumamus unū & impleamur ebrietate. & erit sic hodie sic & cras. & multo am  
**Iustus perit & nemo** **Capitulum LVIII.**  
**L**est qui cogitet in corde suo. & uiri nūc colligunt quia n̄ est q̄ intelligat. A facie enī malicie collectus est iustus. Veniat pax req̄ escat in cubili suo. qui ambulauit in directione sua. Vos autē accedite huc filiū auguratis. semen ad uultere & fornicarie. Sup̄ quē iustificatis. Sup̄ quē dilatastis os & excelsis linguā. Nunquid n̄ nos filii scelesti semen mendax. Qui consolamini in dñs subter omne lignū frondosum. immolantes paruulos in torrentib⁹ subter imminentes petras. In partib⁹ torrentis pars tua. hec est fors tua. Et ipsis effudisti libamen. obtulisti sacrificiū. Nunquid sup̄ hīs n̄ indignabor. Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuū. & illuc ascendisti ut immolares hostias. & post ostium & retro postem posuisti memoriale tuū. quia iuxta me discoopuisti & suscepisti adulterū. Dilatasti cubile tuū. & pepigisti fedus cum eis. Diluxisti stratum eorū manu apta. & ornasti te regio ungento. & mil

triplicasti pigmenta tua. Misisti  
 legatos tuos procul: & humiliata  
 es usque ad inferos. In multitudine  
 irae tuae laborasti: non dixisti quiescā.  
**III** Vitam manus tuae inuenisti: prope  
 non rogasti. Propterea sollicita timu-  
 isti quia mentita es & mei non es re-  
 cordata: neque cogitasti in corde tuo  
 quia ego tacens & quasi non uident:  
 & mei oblita es. Ego annuntiabo  
 iusticiam tuam: & opa tua non perdetur.  
**Cum** clamaueris: liberent te con-  
 gregati tui. Et omnes eos auferet uen-  
 tus. tollet autem: qui autem fiducia  
 habet mei hereditabit terram: & pos-  
 sidebit montem sanctum meum. Et  
 dicam. **Viam** facite: prebete iter.  
 declinate de semita auferete offen-  
 dicula de uia populi mei: quia hec  
 dicit dominus excelsus & sublimis: ha-  
 bitans eternitatem & sanctum nom-  
 en eius: in excello & in sancto habitans. &  
 cum contrito & humili spiritu: ut ui-  
 uificet spiritum humilium: & uiuificet  
 cor contritorum. **Non** enim in sempit-  
 ernum litigabo. neque usque ad finem ual-  
 car: quia spiritus a facie mea egredie-  
 tur: & flatus ego faciam. Propter  
 iniquitatem auaricie eius iratus sum:  
 & percussit eum. Abscondi & indignatus  
 sum: & ambulauit in uia  
 a cordis sui. **Vias** eius uidi & sana

ui eum: & reduxi eum & reddidi con-  
 solationem ipsi & lugentibus eius. Cre-  
 aui fructum labiorum pacem super  
 pacem eius qui longe est & qui prope  
 dixit dominus: & sanauit eum. **Im-**  
**pius** autem quasi mare feruens quod  
 quiescere non potest: & redundant  
 fluctus eius in conculcationem et  
 lutum. **Non** est pax dixit dominus me impius.  
**H**ec dicit dominus. **LIX.**  
**Clama** ne cesses: quasi  
 tuba exalta uocem tuam: & annun-  
 tia populo meo scelera eorum: & domui  
 iacob peccata eorum. **Ne** etenim de  
 die in diem querunt: & scite uias  
 meas uolunt: quasi gens quae  
 iusticiam fecerit: & quae iudicium  
 dei sui non dereliquerit. **Pro**gaur  
 me iudicia iusticie: & appropin-  
 quare deo uolunt. **Quare** reui-  
 nauimus & non aspexisti. humili-  
 auimus animas nostras & nescisti. **Ec-**  
**ce** in die ieiunium uestrum inuenit uo-  
 luptas uestra: & omnes debitores  
 nostros repetitis. **Ecce** ad lites & con-  
 tentiones ieiunatis: & percussis  
 pugne impie.  **Nolite** ieiunare  
 sic usque ad hanc diem: ut audiat  
 in excello clamor uester. **Quoniam**  
 tale est ieiunium quod elegi: pro die af-  
 fligere hominem animam suam. **Quid**  
 quid contorquet quasi circulum



caput suum ⁊ saccum ⁊ cinerem  
sternere. **Q**uoniam istud uoca-  
bis ieiunium ⁊ diem acceptabile  
dno. **N**onne hoc est magis ieiu-  
nium quod elegi. **D**issolue colligationes  
impietatis. **S**olue fasciculos depri-  
mentes. **D**imitte eos qui contracti  
sunt liberos. ⁊ omne onus durum  
pe. **F**rango esurienti panem tuum.  
⁊ egenos uagosque induc in domum  
tuam. **C**um uideris nudum opor-  
tuit eum ⁊ carnem tuam ne despexis.  
**T**unc erumpet quasi mane lumen  
tuum. ⁊ sanitas tua cicuis orietur.  
⁊ ante ibit faciem tuam iusticia tu-  
a. ⁊ gloria dñi colliget te. **T**unc in-  
uocabis ⁊ dñs exaudiet. clamabis  
⁊ dicet ecce assum. **S**i abstuleris  
de medio tui cathenam. ⁊ defieris  
digitum extendere ⁊ loqui quod non prode-  
re. **C**um effuderis esurienti animam tuam  
⁊ animam afflictam repleueris. tunc  
orietur in tenebris lux tua. ⁊ tenebre  
tue erunt sicut meridies. ⁊ requiem da-  
bit tibi dñs semper. ⁊ implebit splendo-  
ribus animam tuam ⁊ ossa tua liberabit.  
**E**t eris quasi ortus irriguus. ⁊  
sicut fons aquarum cui non deficiet aqua.  
**E**t edificabunt in te deserta scilicet  
fundamenta generationis ⁊ genera-  
tionis sustentabis. **E**t uocaberis edi-  
ficator septimum. auertens semitas

in quietem. **S**i auerteris a saluo  
pedem tuum. **F**acere uoluntatem tuam  
in die sancto meo. ⁊ uocaberis salua-  
tum delicatum ⁊ sanctum dñi gloriosum. ⁊  
glorificaueris eum dum non facis uias  
tuas. ⁊ non inuenit uoluntas tua ut  
loquaris sermonem. tunc delectabis  
super dno. ⁊ sustollam te super altitudi-  
nes terre. ⁊ cibabo te hereditate ia-  
cob patris tui. **O**s enim dñi locutum est.

**E**cce non est abbreviata. **LX.**  
**M**anus dñi ut saluare neque-  
at. neque aggravata est auris eius ut  
non exaudiat. **S**ed iniquitates uestrae di-  
uiserunt inter uos ⁊ dñm uestrum. ⁊ et  
peccata uestra absconderunt faciem eius a  
uobis ne exaudiret. **M**anus enim uestrae  
pollute sunt sanguine. ⁊ digiti uestri  
iniquitate. **L**abia uestra locuta sunt  
mendacium. ⁊ lingua uestra iniquita-  
tem fatetur. **N**on est qui inuocet ius-  
ticiam neque est qui iudicet uere. **S**ed  
confidunt in nichilo ⁊ locuntur uanitates.  
**C**onceperunt dolorem. ⁊ pepererunt  
iniquitatem. **O**ua aspidum ruperunt.  
⁊ telas aranearum texuerunt. **Q**ui co-  
megerit de ouis eorum morietur. ⁊ quod  
confotum est erumpet in regulum.  
**T**ele eorum non erunt in uestimentum.  
neque operientur operibus suis. **O**pera eorum opera  
inutilia. ⁊ opus iniquitatis in  
manibus eorum. **P**edes eorum ad malum



currunt : & festinant ut effundant sanguinem innocentem .  
**C**ogitationes eorum cogitationes inutiles : uastitas & contritio in uis eorum . **S**icut pacis uestierunt : & non est iudicium in gressibus eorum . **S**emite eorum intruante sunt eis : omnis qui calcatur in eis ignorat pacem .  
**P**ropter hoc elongatum est iudicium a nobis : & non apprehendet nos uulticia . **E**xpectabimus lucem & ecce tenebre : splendorem & in tenebris ambulabimus . **P**alpabimus sicut ceci parietem : & quasi absque oculis atrectabimus . **I**mpingemus meridie quasi in tenebris : in caliginosis quasi mortui . **R**ugiemus quasi uersi omnes : & quasi columbe meditantur gememus . **E**xpectabimus iudicium & non est : salutem & elongata est a nobis . **M**ultiplicate sunt enim iniquitates nostre coram te : & peccata nostra responderunt nobis : quia scelerata nostra nobiscum & iniquitates nostras cognouimus . peccare & mentiri contra dominum : & auersi sumus ne ueremus post tergum dei nostri : ut loqueremur calumpniam & transgressionem . **C**oncepimus & locuti sumus de corde uerba mendacium : & conuersum est retrosum iudicium & uulticia longe stetit : quia corruit in

platea ueritas & equitas non potuit ingredi : & facta est uirtus in obliuione : & qui recessit a malo prode patuit . **E**t uidit dominus & malum apparuit in oculis eius quia non est iudicium : & uidit quia non est uir : et apponatus est quia non est qui occurrat .  
**E**t saluauit sibi brachium suum : & iusticia eius ipsa confirmauit eum . **I**ndutus est iusticia ut lorica : et galea salutis in capite eius . **I**ndutus est uestimentis ultionis . & operatus est quasi pallio zeli sicut ad uindictam : quasi ad retributionem indignationis hostibus suis : & uicissitudinem inimicis suis . **I**n suis uicem reddet . **E**t timebunt qui ab occidente nomen domini . & qui ab ortu solis gloriam eius : cum uenerit quasi fluxus uolentis quem spiritus domini cogit : et uenerit syon redemptor & eis qui redemunt ab iniquitate in iacob . **D**icit dominus . **H**oc fecit meum cum eis dicit dominus . **S**per meus qui est uerba & uerba mea que posui in ore tuo non recedent de ore tuo & de ore seminis tui dicit dominus : a modo & usque in sempiternum . **LXI.**  
**S**urge illumina te ierusalem quia uenit lumen tuum : & gloria domini super te orta est : quia ecce tenebre operentur terram & caligo populos : super te autem oriatur dominus : & gloria eius in te uidebitur .

**IAS.**

Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in splendore ortus tui. **L**euia in circuitu oculos tuos & uide: & omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. Filii tui delonge uenerunt: & filie tue de latere surgent. **T**unc uidebis & affluēs & mirabitur & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuit ad te multitudo maris: fortitudo gentium uenerit tibi. **I**nundatio camelorum opiet te: dromedarum madian & effa. Omnes de saba uenerunt aurum & thus deferentes: & laudem domino annuntiantes. **O**mne pecus cedat congregabitur tibi: arietes nabaioth ministrabunt tibi. **O**fferentur tibi super placabilem altari meo: & domum maiestatis mee glorificabo. **Q**ui sunt isti qui ut nubes uolant: & quasi columbe ad fenestras suas. **M**e enim insule expectant & naues maris in principio: ut adducant filios tuos delonge. **A**rgentum eorum & aurum eorum nomini domini dei tui & sancti israel: quia glorificauit te. **E**t edificabunt filii peregrinorum muros tuos: & reges eorum ministrabunt tibi. **I**n indignatione enim mea percussisti te: & in reconciliatione mea misertus sum tibi. **E**t aperientur porte tue iugiter: die & nocte non cludentur: ut afferat tibi ad te fortitudo gentium: & reges

eorum adducant. **S**ens enim & regnum eius non seruerit tibi prohibit: & gentes solitudine uastabunt. **G**loria libani ad te ueniet: abies & bryxus & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis mee: & locum pedum meorum glorificabo. **E**t uenient curui ad te filii eorum qui humiliauerunt te: & adorabunt uestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi: & uocabunt te ciuitatem domini syon sancti israel. **P**ro eo quod fuisti derelicta & odio habitata & non erat qui pertransiret: ponam te in sublimem scilicet sanctorum: gaudium in generationem & generationem. **E**t fuges lac genitricum: & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego dominus saluans te et redemptor tuus fortis iacob. **P**ro ere afferam aurum: & pro ferro afferam argentum: & pro lignis es & pro lapidibus ferrum. **E**t ponam uisitacionem tuam pacem: & prepositos tuos iusticiam. **N**on audiet ultra iniquitas in terra tua: uastitas & contritio in terminis tuis. **E**t occupabit salus muros tuos: & portas tuas laudatio. **N**on erit tibi amplius sol ad lucendum pro die: nec splendor lune illuminabit te: **E**rit tibi dominus in lucem sempiternam: & deus tuus in gloria tua. **N**on occidet ultra sol tuus & luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi

in lucem sempiterna . & comple  
bunt dies luctus tui . Populus  
aut tuus omnis iusti hereditabit  
terram . germen plantationis ei .  
op' manus mee ad glificandu . Si  
numus erit in mille . & paruulus  
in gentem fortissimā . Ego dñs . in  
tempe ei subito faciā istud . **LXII**

**S**pe dñi sup me . eo qd dñs in  
xerit me . Ad annuntiandu  
mansuetis misit me . ut mederer co  
tritos corde & predicarem captiuis  
indulgentiā & clausis apertionem .  
ut pdicarem annū placabile dño . &  
diem ultionis deo nro . ut consola  
rer omis lugentes . ut ponerem lügen  
tib' syon . & darem eis coronā p anē .  
& oleum gaudii p luctu . pallium  
landis p spu meroris . Et uocabunt  
in ea fortes iusticie . plantatio dñi  
ad glificandu . Et edificabunt des  
ta a sclo . & ruinas antiquas erigēt .  
& instaurabunt ciuitates desertas  
& dissipatas in generationē & genā  
tionē . Et stabunt alieni & pascent  
peccora sua . & filii pegrinorū agri  
cole & uinitores nri erunt . Vos aut  
lacerdotes dñi uocabimini . minist  
dei nri . dicet uobis . Fortitudinem  
gentiū comedetis . & in glā eorū sup  
buetis . P confusione nra duplici et  
rubore . laudabunt partem suam .

Propter hoc in tra sua duplicia  
possidebunt . leticia sempiterna  
erit eis . quia ego dñs diligens  
iudiciū . & odio habens rapinā  
in holocausto . Et dabo opus eorū  
in ueritate . & fedus ppetuū feri  
am eis . & sciet' in gentib' semen eorū .  
& germen eorū in medio p'ploz . Omis  
qui uiderint eos cognoscent illos .  
quia isti sunt semen cui benedixit  
dñs . Gaudens gaudebo in dño . & ex  
ultabit anima mea in deo meo . q  
a induit me uestimentis salutis .  
& indumento iusticie circumdedit  
me . quasi sponsū decoratū corona .  
& quasi sponsam ornatam monili  
b' suis . Sic enī tra p'fert germē su  
um . & sic ortus semen suū germi  
nat . sic dñs d's germinabit iusti  
ciā & laudē corā uniuersis gentib' .

**P**ropt' syon n tacebo . **LXIII**  
& p'p' ierlm n quiescam . do  
nec egrediat' ut splendor iust' eius .  
& saluator ei' ut lampas accendat' .  
Et uidebunt gentes iustū tuū . &  
circūti reges inclitum tuū . Et uo  
cabit' t' nom' nouū . qd os dñi no  
minauit . Et eris corona glē i ma  
nu dñi . & diadema regni in manu  
dei tui . Non uocaberis ultra des  
lata . & terra tua n uocabit' ampli  
desolata . s' uocaberis uoluntas

mea in ea. et terra tua inhabitabit.  
 quia complacuit domino in te. et terra  
 tua inhabitabit. **H**abitabit enim  
 iuuenis cum unguine. et habitabit  
 in te filius tuus. **E**t gaudebit sponsus  
 super sponsam. et gaudebit super te deus  
 tuus. **S**uper montes tuos ierusalem constitui  
 tui custodes. tota die et tota nocte  
 perpetuo non tacebunt. **Q**ui meministis  
 cimini domini ne taceatis. et ne detis  
 silentium ei. donec stabiliat. et donum  
 ponat ierusalem laudem in terra. **I**uravit  
 dominus in dextera sua. et in brachio  
 o fortitudinis sue. **S**i dederit triticum  
 tuum ultra cibum inimicis tuis.  
 et si biberint filii alieni uinum tuum  
 in quo laborasti. quia qui  
 congregant illud comedent. et lau  
 dabunt dominum. et qui comportant  
 illud bibent in atribus sanctis meis.  
**T**ransite transite per portas. parate  
 uiam populo. planam facite iter. et eligi  
 te lapides. eleuate signum ad populos.  
**E**cce dominus auditum fecit in extremis  
 terre. **D**icite filie syon. **E**cce salua  
 tor tuus uenit. ecce merces eius cum  
 eo. et opus illius coram illo. **E**t  
 uocabunt eos populus sanctus ac re  
 demptus a domino. tu autem uocaberis  
 ciuitas quesita et non derelicta. **LXII**

**Q**uis est iste qui uenit de e  
 dom tinctis uestibus de bolta.

iste formosus in stola sua gradiens  
 in multitudine fortitudinis sue.  
**E**go qui loquor iustitiam. et propugna  
 tor sum ad saluandum. **Q**uare germen  
 brum est indumentum tuum. et uesti  
 timenta tua sicut calcamentum in tor  
 culari. **T**orcular calcavi solus. et  
 de gentibus non est uir mecum. **C**alcavi  
 eos in furore meo. et conculcaui eos  
 in ira mea. et aspersus est sanguis eorum  
 super uestimenta mea. et omnia indu  
 menta mea inquinauit. **D**ies enim  
 ultionis in corde meo. annus retri  
 butionis mee uenit. **C**ircumspexi  
 et non erat auxiliator. quesiuimus et non fuit  
 qui adiuuaret. **S**aluaui in bra  
 chium meum. et indignatio mea ip  
 sa auxiliata est mihi. **E**t conculcaui  
 populos in furore meo. et inebriaui eos  
 in indignatione mea. et detraxi in  
 terram uirtutem eorum. **M**iserationem domini  
 recordabor. laudem domini super omnibus quod  
 reddidit dominus nobis. et super multitu  
 dine bonorum domini israel. que largi  
 tus est eis secundum indulgentiam suam.  
 et secundum multitudinem miserationum tuarum.  
**E**t dixit. **V**eruntamen populus meus  
 est. filii non negantes. **E**t factus est  
 in eis saluator. **I**n omni tribulatione  
 eius ei saluaui eos. in dilectione su  
 a et in indulgentia sua. **I**psa rede

mit eos & portauit eos : & leuauit  
 eos cunctis dieb' scli. Ipsi autem ad  
 iracundiam puocauerunt & afflixerunt  
 spm sancti ei. Et conuersus e  
 eis in inimicum : & ipse debellauit  
 eos. Et recordatus est dieru' scli. mo  
 ysi ipsi sui. Sibi est qui eduxit eos  
 de mari cu' pastorib' gregis sui. &  
 est qui posuit in medio ei' spm scti  
 sui. Qui eduxit ad dexteram moysen  
 brachio maiestatis sue : q' scdit a  
 quas ante eos ut faceret s' nomen  
 sempiternu' : q' eduxit eos p' abyssu'  
 sic equu' in deserto n' unpingente :  
 quasi animal in campo descendens.  
 Spe dñi ductor ei' fuit. Sic addu  
 xisti pplm tuu' : ut faceres t' nom  
 gle. Attende de celo & uide de habi  
 taculo tuo sancto & gle tue. Sibi  
 est reus tuus & fortitudo tua. Quil  
 titudo miseru' tuoz & miseracionu'  
 tuaz sup me continuauerunt se. Tu  
 eni' pat' nost' & abraham nesciuit  
 nos : & isrl' ignorauit nos. Tu eni'  
 dñe pat' nr' : redemptor nost' : a se  
 culo nom tuu'. Quare errare fecis  
 ti nos dñe de uis tuis : indurasti  
 cor nr'm ne timerem' te. Conuerte  
 ppt' seruos tuos. trib' hereditatis tu  
 e. Quasi nichilu' possederunt nos  
 pplm scm tuu' hostes nr'i : contul  
 cauerunt sanctificationem nr'am.

facti sum' quasi in principio cu'  
 n' dñateris nr'i : neq' inuocaret  
 nomen tuu' sup nos. **LXV.**

**Q**uinam dirumpes celos & de  
 scenderes. A facie tua montes  
 defluerent sic exustio ignis : tabes  
 cerent aque atq' arderent igni : ut  
 notum fieret nom tuu' inimicis  
 tuis. A facie tua gentes turba  
 rent. Cum feceris mirabilia n' susti  
 nebim'. Descendisti : & a facie tua  
 montes defluerunt. A slo n' au  
 dierunt neq' aurib' pceperunt. O  
 culus n' uidit ds absq' te : que p'  
 parasti exstantib' te. Occurristi le  
 tanti & facienti iusticia. In uis tu  
 is recordabunt' tui. Ecce tu es irat'  
 & peccatum' : in ipsis sum' semp  
 & saluabimur. Et facti sum' ut  
 immundi om's nos : sic pannus men  
 struate uniuerse iusticie nr'e. Et ce  
 cidimus q'i solutu' inuisti : & iniqui  
 tates nr'e quasi uent' abstulerunt nos.  
 Non est qui inuocet nom tuu' :  
 q' consurgat & teneat te. Abscondit  
 ti faciem tua a nobis : & allisisti nos  
 in manu iniquitatis nr'e. Et nuc  
 dñe pat' nost' estu nos aut' lutu' :  
 & fictor nost' & opa manuu' nr'az  
 om's nos. Ne nascaris dñe satis :  
 & ne ultra memineris iniquitatis nr'e.  
 Ecce respice : pls tuus om's nos.

Ciuitas sancti tui facta est deserta.  
 syon deserta facta est. ierlm deso  
 lata. domus sanctificationis nre  
 & gle nre ubi laudauerunt te pa  
 tres nri facta est in exustione ig  
 nis. & omnia desiderabilia nra  
 uerla sunt in ruinas. Nunq̄  
 sup hīs continebis te dñe. tacebis  
 & affliges nos uehementer. Que  
 fuerunt me q̄ ante n̄ interrogabāt.  
 inuenerūt q̄ n̄ queherēt me. **XXI.**  
**E**cce ego ad gentē **LXVI.**  
 que n̄ inuocabat nom̄ meū.  
 Expandi manus meas ad pplm incre  
 dulū. qui gradit̄ in uia n̄ bona p̄  
 cogitationes suas. p̄ls q̄ ad iracun  
 diam puocat me ante faciē meam  
 semp. q̄ immolant in ortis & sa  
 crificant sup lateres. q̄ habitant  
 in sepulchris & in delubris idolorū  
 dormiunt. q̄ comedunt carnē suil  
 lam. & uis p̄fanum in uasis eoz.  
 q̄ dicunt recede a me n̄ appropinqs  
 in quia inmundus es. Isti sum̄  
 erunt in furore meo. ignis ardens  
 tota die. **E**cce scriptū est coram me.  
 Non tacebo. s; reddam & retribu  
 am in sinu eoz iniquitates nras.  
 & iniquitates patrum nrorū simul  
 dicit dñs. q̄ sacrificauerūt super  
 montes & sup colles exprobrauerūt  
 m̄. & remetiāt op̄ eoz p̄mū in fi

nu eoz. **H**ec dicit dñs. **Q**uomodo si  
 inueniat̄ granū in botro & dicat.  
 ne dissipēs illud quō benedictio est.  
 sic faciam p̄t̄ seruos meos ut n̄ dil  
 pdam totū. **E**t educam de iacob se  
 men & de iuda possidentē montes  
 meos. & hereditabunt eam electi  
 mei. & serui mei habitabunt ibi.  
**E**t erunt campestria in caulas gre  
 gū. & uallis achor in cubile arm̄  
 toz p̄lo meo q̄ requisierunt me.  
**E**t uos q̄ dereliquistis dñm. q̄ obli  
 ti estis nom̄ sanctum meū. q̄ po  
 nitis fortune mensam & libatis sup  
 eam. numerabo uos in gladio & os  
 in cede corruetis. p̄ eo qd̄ uocari &  
 n̄ respondistis. locut̄ sum & n̄ audistis.  
 & faciebatis malū in oculis meis  
 & que nolui elegistis. **P**ropt̄ hoc hec  
 dicit dñs d̄s. **E**cce serui mei comedēt  
 & uos esuriētis. ecce serui mei leta  
 bunt̄ & uos confundemini. ecce ser  
 ui mei laudabunt̄ p̄ exultatione  
 cordis. & uos clamabitis p̄ dolore  
 cordis. & p̄ confusione sp̄c ululabi  
 tis. & dimittetis nom̄ ur̄m in iu  
 ramentū electis meis. **E**t interfici  
 et te dñs d̄s. & seruos suos uocabit  
 nomine alio. in quo q̄ benedict̄ est  
 sup t̄ram benedicet̄ in dño amen. &  
 q̄ iurat in t̄ra iurabit in dño amen.  
 q̄a obliuioni tradite sunt angustie

+ ecce serui mei bibent & uos  
 sitietis.

priores. & quia abscondite sunt  
 ab oculis nr̄is. Ecce enī ego creo  
 celos nouos & terrā nouā. & n̄  
 erunt in memoria priora & n̄ af-  
 cident sup̄ cor. & gaudebitis &  
 exultabitis usq; in sempiternū  
 in hīs que ego creo. quia ecce e-  
 go creo ierlm̄ exultationē & po-  
 pulū ei gaudiū. & exultabo in  
 ierlm̄ & gaudebo in ip̄lo meo. & n̄  
 audiet in ore meo, uox fletus & uox  
 clamoris. Non erit ibi amplius  
 infans dierum & senex q̄ n̄ impleant  
 dies suos. quō puer centū annorū  
 moriet. & peccator centū annorū ma-  
 ledictus erit. Et edificabunt domos  
 & habitabunt. & plantabunt ui-  
 neas. & comedent fructus earū. Non  
 edificabunt & alius habitabit. n̄  
 plantabunt & alii comedet. Sēdm̄  
 dies enī ligni erunt dies ip̄li mei.  
 & opa manū eorū inueterabunt  
 electis meis. Non laborabunt  
 frustra neq; generabunt in cont̄-  
 batione. quia semen benedictorū  
 dñi est. & nepotes eorū cū eis. erit  
 q; antequam clament ego exaudi-  
 am. adhuc illis loquentib; dicam  
 ecce assum. Lupus & agnus pas-  
 centur simul. & leo & bos comedent  
 paleas. & serpenti puluis panis  
 ei. Non nocebunt neq; occident

In omni monte sancto meo. dicit dñs.  
 Nec dicit dñs. Celū LXVII 34  
 in sedes. & terra scabellum  
 pedū meorū. Que est ista domus  
 quā edificabitur in. & quis iste lo-  
 cus requietionis mee. Omnia hec  
 manus mea fecit. & facta sunt  
 uniuersa ista dicit dñs. Ad quē  
 autē respiciam. n̄ ad paup̄clm̄ &  
 contritū spū. & trementem ser-  
 mones meos. Qui immolat bo-  
 uem quasi q̄ interficiat uitū.  
 q̄ mactat pecus quasi q̄ exere-  
 bret canē. qui offert oblationē  
 quasi qui sanguinē suillam offe-  
 rat. qui recordat̄ iuris q̄i qui  
 benedicat idolo. Hec omnia ele-  
 gerunt in uis suis. & in abho-  
 minationib; suis anima eorū de-  
 lectata est. Unde & ego etiam  
 eligam illusiones eorū. & que  
 timebant adducam eis. quia uo-  
 caui & n̄ erat q̄ responderet. locu-  
 tus sum & n̄ audierunt. fecerunt  
 q; malū in oculis meis. & que no-  
 lū elegerunt. Audite uerbum  
 dñi qui tremitis ad sermonē eius.  
 Dixerunt fratres ur̄i odientes uos.  
 & abicientes ppt̄ nomen meum.  
 Glorificet dñs. & uidebim; in leti-  
 cia n̄ra. Ipsi autem confundent.  
 Vox fremitus de ciuitate. uox

de templo: uox dñi reddentis retribu-  
tionem inimicis suis. **A**nteq̄  
parturiret peperit: antequam ue-  
niret partus eius peperit masculin.  
**Q**uis audiuit unquam tale: aut  
quis uidit hunc simile. **N**um-  
quid parturiret trā in die una:  
aut pariet̄ gens simul. **Q**uia  
parturiuit & peperit syon fili-  
os suos. **N**umquid ego qui  
alios parere facio. ipse ñ paria  
dicit dñs. **S**i ego qui generatio-  
nem ceteris tribuo sterilis ero. **A**-  
it dñs ds tuus. **L**etamini cum  
ierlm: & exultate in ea om̄s qui  
diligitis eam. **G**audete cū ea gau-  
dio uniuersi qui lugetis sup eā:  
ut fugatis & repleamini ab ube-  
re consolationis ei: ut mulgeati  
& delictis affluatis ab omnimoda  
glā eius: quia hec dicit dñs.  
**E**cce ego declinabo sup eam qua-  
si fluuuū pacis: & quasi tor-  
rentem mundantem glām gen-  
tium quam lugetis. **A**b ubere  
portamini: & sup genua blan-  
dient̄ uobis. **Q**uomodo si cui  
mater blandiat̄: ita ego conso-  
labor uos: & in ierlm conso-  
labinini. **V**idebitis & gaudebit  
cor ur̄m: & ossa ur̄a ut herba  
germinabunt. **E**t cognosceť

manus dñi seruis ei: & indig-  
nabit̄ inimicis suis. quia ecce  
dñs in igne ueniet. & quasi tur-  
bo quadrigę ei: reddere in indig-  
natione furorem suū. & increpa-  
tionem suā in flamma ignis:  
quia in igne dñs diiudicabit̄. &  
in gladio suo ad omnē carnem:  
& multiplicabunt̄ interfecti a dño.  
**Q**ui sanctificabant̄ & mundos se-  
putabant. post unā in ortis in-  
trinfecus: qui comedebant carnē  
stullam & abominationē & mi-  
rem: simul consument̄ dicit dñs.  
**E**go aut̄ opa eor̄ & cogitationes  
eor̄ uenio ut congregem cū om̄ib̄  
gentib̄ & linguis. **E**t uenient &  
uidebunt glām meā: & ponam  
in eis signū. **M**ittam ex eis q̄  
saluati fuerunt ad gentes in mari  
in affrica & in lidia tenentes sa-  
gittam: in italia & greciam  
ad insulas longe ad eos qui ñ au-  
dierunt de me: & ñ uiderunt glo-  
riam meā. **E**t annuntiabunt  
glām meā gentib̄: & adducent  
om̄s fr̄es uos de cunctis gentib̄  
donū dño. in equis & in quadri-  
gis & in lecticis & in mulis et in  
carrucis ad montem sanctū meū  
in ierlm dicit dñs: quomodo si  
inferant filū isrl̄ munus in ua-



se mundo in domum dñi. Et  
 assumā ex eis in sacerdotes & in  
 leuitas dicit dñs. quia sic celi no  
 ui & tra noua que ego facio stare  
 coram me dicit dñs. sic stabit se  
 men ur̄m & nom̄ ur̄m. & erit in  
 sis ex mense & salb̄m ex salbato.  
 Veniet omnis caro ut adoret  
 coram facie mea dicit dñs. & e  
 gredient & uidebunt cadauera  
 uiuoz qui p̄uaricati sunt in me.  
 Vermis eoz n̄ moriet & ignis eoz  
 n̄ exstinguet. & erunt usq; ad sa  
 cietatem uisionis omni carni.

**Explicit liber ysaię p̄phe. Incipit  
 prefatio sancti ieronimi pres  
 biteri in ieremiam p̄phetam.**

**I**EREMIAS  
 p̄pha cui hic prologus  
 scribit. sermone quidē  
 apud hebreos ysaiā & o  
 see & quibdam aliis p̄phis  
 uidet̄ esse rusticior. s; sen  
 sibus par est. quippe qui  
 eodem sp̄u p̄phetauerit.  
 Porro simplicitas eloqui  
 de loco ei in quo natus ē  
 accidit. fuit enī anato  
 thytes qui est usq; hodie  
 uiculus trib' ab ierosoli  
 mis distans milib'. sac  
 dos ex sacerdotib'. & i ma

tris utero sanctificatus. uirgi  
 nitate sua euanglicū uirum  
 xp̄i ecclē dedicans. Hic uatici  
 nari exorsus est puer. & capti  
 uitate ur̄bis atq; iudee n̄ solū  
 sp̄u s; & oculis carnis intutus  
 est. Jam decem trib' isrl' assyri  
 in medos transtulerant. iam t̄  
 ras eaz colonie gentiū possidebāt.  
 Vnde in iuda tantū & beniamin  
 p̄phaut. & ciuitatis sue ruinas  
 quadruplici planxit alfabeto.  
 q̄ nos mensure metri uersibus  
 ep̄ reddidimus. Preterea ordinē  
 uisionū qui apud grecos & lati  
 nos omnino confusus est. ad pl̄  
 tinam fidem correxi. Librū  
 autē baruch notariū ei qui apud  
 hebreos nec legit̄ nec habet̄ p̄t̄  
 misimus. pro hīs omnib' male  
 dicta ab emulis prestolantes. q̄  
 bus necesse est me p̄ singula op̄  
 cula respondere. Et hoc patior.  
 quia uos cogitis. Ceterum ad  
 compendium mali reclus fu  
 erat me modum furor eoz si  
 lentio meo ponere. quam cot  
 tidie noui aliquid scrip̄tantē  
 inuidoz insaniam prouocare.  
**Explicit prologus. Incipit  
 ieremias p̄pheta. Capitu  
 lum primum. xxxv**